Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Mantua Gallie Cenomanorum memorabilis urbs ut quibusdam placet a Mantha Thiresie vatis filia
post Thebanorum interitum ab Alexandro tamen illac condita fuit / Sunt tamen qui dicant Tyresiam Thesei tem-
poribus fuisse / et in eius civitate devenisse / quae post eius interitum in Italiam cum multis venit / et cum Sorgis Grecis
Mantuam condidit / Sed cum interea ex Tyberino Thusco rege Ocnus natus esset / et ad ipsum oppidum Tusci et
Veneti confluerent / Ocnus muris oppidum circumdedit / et in aliam formam redegit / et ex matre Mantuam appella-
vit dicente Virgilio per xi Eneidos / Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris / Fatidice Mantus et Thusci filius
amnis / Qui muros matrisque dedit tibi Mantua nomen. / Constat tamen eam urbem vetustissimam ab Etr- // Aquas T. Livius patavinus ...
uscis conditam / et unam fuisse duodecim coloniarum quae trans Appenninum ab ea gente missas / postmodum ad poetam in-
signis Virgilius civis suus id orbi fecerat notissimam / Diffususque eius urbis ~~[illegible]~~ origine / Mantua narrat
dives avis sed non genus omnibus unum. / Hec montibus qui Galliam et Germaniam ab Italia divi-
dunt vicina est / haud procul a Benaco lacu ex quo Mincius effluit qui circumiens Mantuam usque labi-
bus lacu facto urbem cingit / Inde etiam progrediens brevi cursu Padum influit / Passa est superiori-
bus temporibus Mantua calamitates maximas / praeter illas que Virgiliano versu sunt notissime / Mantua
ve misere nimium vicina Cremone / scilicet ab Athila / Gothis / Longobardis et Baioariorum rege aliquando
diruta / quandoque spoliata / quandoque membris apertis et immunita relicta / Ungari aliquando ad solum usque evertere:
unde et locus ubi tamen fuerat ad rei memoriam nunc Ungaria nuncupatur / Mathildis nobilis comitissa
eam diu tenuit / muris eamque ampliavit / Sub qua Nicolaus secundus pontifex Romanus [illegible] celebravit:
hanc per multa tempora post Mathildim multi possiderunt / In qua [illegible] familie de Ripa et Passe-
rinorum aliquando prefuere / Demum post varios casus inclite Gonzagorum familie magni animi auxilio Gonzagorum
pulsis Passerinis / ea usque in presens ad maximam laudem potiti sunt / Quorum et precedentium dominorum cura
diligentiaque pulcherrimis pontibus super lacum iactis, tum superbissimis templis, regiisque palaciis: et nobi-
libus civium edibus plurimum illustrata est / Unde et nunc ampla civitas habita est / et rerum habundans
que ad usum humanum necessarie sunt / Mantue per Caroli magni tempora sanguis Christi mira-
culosus apparuit / ad quem visendum tertius Leo papa se contulit / Et inde in Germaniam ad Carolum
accessit / Carolusque calvus magni filius Mantue veneno periit / quod hebreus ~~medicus pecunia~~ corru- medicus pecunia
ptus dedit / In ea Anshelmus Lucensis episcopus vite sanctitate et eruditione morumque insignis requievit / Et
beatissimus Iohannes bonus Mantue civis miraculis clarissimus / Genuit et Albertinum qui tractatum de corpore Christi
edidit / et Matheum medicum clarissimum qui ad Sicilie regem de medicinis opus egregium conscripsit;